

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Illvstrivm Virorvm Epistolae, Hebraicae, Graecae et  
Latinae, Ad Ioannem Reuchlin Phorcensem virum nostra  
aetate doctissimum diuersis temporibus missae**

**Reuchlin, Johannes  
Hagenoae, 1519**

Ioannes Streler iuris doctor. Ioanni Capnioni phorcensi. s.

[urn:nbn:de:bsz:31-270838](#)

I O. R E V C H. L I B. S E C V N D V S

Ioannes Streler Iuris Doctor. Ioanni  
Capnioni Phorcensi. S.

**A**CCEP I binas tuas literas uir humanissime, quibus me esse  
negligentem tuis in rebus iudicas. Aliter multo de me sentis  
q̄ res ipsa habeat. Nam si scires qualēm in eis adhibuisse  
diligentiā, non esset eiūscēmodi tua de me opinio. Testis erit Mar  
ſilīus Ficinus pater noster atq; Conradus. Non est ea copia libro  
rum apud nos Florentiæ quam opinaris. Nullam adhuc possum  
habere Bibliam hebraicam, niſi unam quæ est Bononiæ, quæ tñ  
caret aliquot quaternionibus, quam coemere nolo. Si tamē post  
hac ad nos adueherentur aliqua, satisfacerem uoluntati tuæ. Ora  
tiones Aeschynis nequaquam reperio. Plotinus non est usq; huc in  
tegre impreflus, ualebit duos aureos rhenenenses, Platonis opera cū  
Theologia nuper Venetiis impressa tibi emi. Item Hexaemeron  
Mirandulæ. De græcis libris tibi coemēdis hoc ſcias, fui penes oēs  
hic librarios, nihil horum prorsus reperio. Marsilius iuſſit q̄ hac  
tibi significem, ſi ii libri quoſ habere cupis effent hic uenales, ſubl  
to a magno Laurentio, ut ita dicam, raperentur. Pueri ualēt  
dant operam studio non negligentem, agam cum eis  
pro tuo iuſſu. Dominus Demetrius nunc Medio  
Iani legit, quem habituri ſimus hic qui græ  
ce legat poſtea ſignificabo. Vale. Ex  
Florentia. Kaleñ. Decemb.

E